



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XX. De furto, rapina, injuria & damno dato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

& defensoribus suis, anathematis vinculo decer-  
nimus innodatos: statuentes, ut Clerici, qui fal-  
sarii fuerint deprehensi, omnibus officiis & be-  
neficiis Ecclesiasticis perpetuò sint privati; ita  
quod qui per se falsitatis vitium exeruerint,  
postquam per Ecclesiasticum judicem fuerint  
degradati, seculari potestati tradantur, secun-  
dum constitutiones legitimas puniendi: per  
quam & laici, qui fuerint de falsitate convicti,  
legitimè puniantur. Qui verò sub nomine nostro  
literis falsis utuntur, si Clerici fuerint, officiis &  
beneficiis Ecclesiasticis spolientur; si laici, tam-  
diu manent excommunicationi subjecti, donec  
satisfacient competenter: ita tamen, ut in istis &  
in illis malitia gravius quam negligenta punia-  
tur. Quod & de his, qui falsas literas impearant,

statuimus observandum, text est in d, cap. Ad falsa-  
riorum 7, Ext. h, tit junge cap. penult. Ext. eod. ubi in  
literis simplicis iustitia aliud statuitur. Sed Bulla cœna  
Domini §. 6, etiam ad literas iustitia & ad alios casus  
hanc constitutionem Innocentii III, extendit, ut videre  
est apud Navar in Manuali cap. 27, n. 61.

§. 5. De poena Clericorum, qui falsum extra literas  
Apostolicas admiserunt.

Extra literas Apostolicas Clerici, si falsum  
admisserint, ab Ecclesiastico judge deponuntur,  
per text in cap. Cum non ab homine 10, ext. De indic.  
& pro gravitate criminis quandoque in mona-  
sterium coguntur, can Si Episcopus dist. 50, iuncto  
e, Tua 6, ext. De poenis.

## DE FURTO, RAPINA, INJURIA ET DAMNO DATO.

### TITULUS XX.

#### §. 1. De furto, rapina, & utriusque poena.

**F**urtum est concrectatio rei fraudulosa, lucri  
faciendo gratiā, vel ipsius rei, vel etiam usus  
ejus, possessionis, text est in l, 1, D, De furt. in  
§, furtum insit. De oblig. qua ex delicto nascit. Quæ con-  
trectatio. si per vim fiat, adsciscit sibi nomen ra-  
pinæ, insit. De vi boni rapti in princ illius pœna du-  
plicet, si furtum sit non manifestum: si mani-  
festum, quadrupli, §, pœna Insit. d, tit. quemad-  
modum & rapinæ; nisi quod in pœna rapinæ &  
res ipsa insit, d, tit. Insit. circa princ. Amplius ex de-  
creto Marci, aliorumque Imperatorum, si quis  
vi rapuerit vel invaserit rem alienam, post restitu-  
tionem ipsius rei, tenetur etiam ad aestimatio-  
nem eius: si vero rem propriam, cadit rei sue  
dominio, vel si debita sit, jure suo privat, l, Ex-  
tar 13, D, De eo quod met. causâ, l, Si quis in tantam  
Cod. Vnde vis, §, ita tamen Insit de vi boni rapti. Sed  
& criminaliter ad vindictam publicam utrum-  
que delictum exercetur: verum hac specie extra-  
ordinaria pœna ex arbitrio judicis statuitur, l, fin.  
D, De furt. §, fin. D, De privatis delict. si reus laicus  
sit; si Clericus, deponitur per Ecclesiasticum  
judicem, cap. Cum non ab homine 10, Ext. de iud. Imo  
& lege Juliæ de vi rapina coercetur, tit. D, &  
Cod. Ad L. Iul. de vi publ. & vi privata. Hodie Caro-  
v, constitut pœna ferre ordinariæ est, ut videre est in or-  
dinacionib. pœnalib. tit. 157, cum seqq.

#### §. 2. De Injuria.

Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat:  
omne enim quod non jure fit, injuria fieri dici-  
tur; hoc generaliter. Specialiter autem injuria di-  
citur contumelia, text est in l, 1, D, De iniur. ut hic,  
Et hæc quandoque re, quandoque verbis, quan-  
doque literis, interdum gestu infertur. Re, si manus  
aliqui inferantur. Verbis, si convicium fiat,  
d, l, 2, §, iniuriam D, d, tit. Literis, si libellum famo-  
sum quis scriperit vel scribi curaverit, vel re-  
pertum non suppresserit, l, unic. C, De famos libell. l,  
Lex Corn 5, §, si quis D, De iniur. Gestu, si quis ad  
invidiam alicuius ueste lugubritatur, aut squa-  
lidat; vel si barbam demirrat, l, Item apud Labeo-  
nem 15, §, generaliter D, d, tit. Et generaliter, quod  
ad alicuius infamiam fit, injuria fieri dicitur,  
d, is generaliter. Quæ significatione hoc loco acci-  
pitur.

#### §. 3. Propter iniuriam & civiliter & criminaliter agi, & de poenis.

Ob illatam iniuriam civilitate agitur vel crimi-  
naliter; ut & in cæteris delictis, de quo in §, cate-  
ruminf. de poenis. Civiliter, ad estimationem inju-  
riæ; utsclilicet judex tantum reum condemet,  
quanti iniuriam passus aestimaverit, vel mino-  
ris, prout judicii vistum fuerit, §, in summa,  
iuncto

Yuuu z

iuncto §. pœna Instit. De injur Criminaliter, ad pœnam extraordinariam officio judicis reo irrogandam, d. §. in summa, & l. fin. D. Deinjur. Hæc ex præscripto juris civilis.

§. 4. De pœnis Iuris Canonici.

Quibus adiicitur exjure Canonico, eum, qui violentas manus in Clericum vel Religiosum injecterit, ex communicatione ipso facto subdi, can. Si quis suadens xvii. quest. 4. cap. 5. cum similib. Ext. de secessione. Item qui Cardinalem fuerit hostiliter infecitus, vel percuterit, &c. in eum veluti Majestatis regni animadverri, ex Bonifac. in VII. constitutione: cuius verbis partim repetenda sunt: De communis statrum nostrorum conflito haec in perpetuum validam constitutionem facimus, ut, si quis deinceps in hoc saeptem regi genus irreperitur, quod sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter infecitus vel percuterit aut secesserit, vel locutus fuerit faecientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel favorem, aut postea receptaverit vel defensaverit scienter eundem; sicut reus criminis laesa Majestatis perpetuus, sit infamis, diffidatus, nihilominus & bannitus: sit intestabilis, ut nec testamenti libram habeat factionem, nec ad alienus bona ex testamento vel ab intestato vocetur: quatenus ab omni successione repulsus, publicaque repulsa consulus minus inveniat suæ malitiaæ successorem: si habitatione ejus desertæ, & ut non sit, qui eas inhabiter, dentur eum & iplus a difficultate in ruinam: & ut perpetua notam infamiae perpetua ruina testetur, nullo tempore reparatur, nullus ei debita reddere, nullus respondere in iudicio tenetur: quidquid etiam in bonis inventur ipsis, nisi vel Reipublicæ dominio applicetur &c. text. est in cap. Felicis 5. de pœnis lib. 6. ubi & plures alia pœna statuuntur, etiam quoad liberos.

Qui vero in Episcopum hæc perpetraverit, iisdem ferè pœnis coercetur, ex Clementina constitutione, in cap. 1. de pœnis, quod vide: add. & cap. unicuiusmodi in Extravag. Ioan. XXII. can. Si quis sacerdorum, can. Conjurationum xi. quest. 1. in auctorem famosum libelli, aut qui cum inventum non superit, hic Canis extat Hadriani Papæ: Qui in alterius famam publicè scripturam aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probaverit, flagelletur: & quicquid prius inventum rumpat, si non vult auctoris facti causam

incurrere, text. est in can. Qui V. q. 1. add. & can. 1. ead qu. 1.

§. 5. De danno dato.

Damnum culpæ, etiam levissimæ, datum tam in rebus animatis, quam inanimatis, resarciri debet ab eo, qui intulit, tototit. D. C. & Instit. Ad L. Aquil. precipuel, n. lego Aquiliz 45. D. d. tit. cap. fin. Ext. de injur. l. Si ususfructus 10. & it. dd. De ususfructu, cum factum cuique suum nocere debeat, non alteri, l. Factum D. ne reg. jur. Idem est, si damnum imperitius datum sit, velut in Alesio, l. 2. v. Quod quisque juris &c. Medico, l. Illicitas 6. §. sicut D. De officiis Praesidis l. Quod actione 7. in fine D. Ad L. Aquil. Advocato, artifice, qui juxta præcepta artis sue diligentiam operi non adhibuit, & idcirco dampnum datum sit, l. Si servus 20. §. Si calix D. Ad L. Aquil. juncto cap. Ad aures & ibi Glos. Ext. De astre & qual text. est & in cap. fin. Ext. De injur. Si quidem imperitia culpæ adnumeratur, l. Imperitia D. De R. l. cùm non debeat quis id affectare, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infraimitare vel imperitiæ suam alicui periculosam futuram, l. Idem iuris 8. D. Ad L. Aquil. & d. s. sicut; Idem & in eo est, cuius negligentiæ damnum illatum est, a. cap. fin. Ext. De injur. ut in Medico, qui dereliquit curationem ægroti, d. l. idem juris; in Notario, cuius negligentiæ error in instrumento admissus est, l. fin. Cod. De magistrat. convenient. & in eo, qui negligenter ignem custodivit, ne longius egredetur, a. l. Si servus §. servariorum, l. Qui occidit 30. §. in hac quoque actione D. Ad L. Aquil. cap. 1. Ext. De injur. Nam hi omnes, & similes, ad restitutionem damni dati recte conveniuntur, dictu juris.

§. 6. De damno dato animalibus & servis.

Quod si animal pauperiem, id est, damnum dederit, contra dominum ejus agitur: cui ramen liberum erit, vel præstare & stimacionem danni, vel animal noxæ dedere, hoc est, vivum tradere, d. cap. fin. vors quod si animal, & cap. 3. Ext. de injur. Idem & in servo observatur, ut, si his damnum dederit, veletiam injuriam seu sursum fecerit, vel quid rapuerit, similiter dominus noxaliter teneatur, & præstando & stimacionem danni, vel servum dedendo, liberetur, l. Inst. & D. De noxalib. act. Porro in animalibus feris (quorum numero habentur leo, aper, ursus, vespes, canis,) hoc amplius est, aut si soluta vel ligata

co

eo in loco, quā vulgo itur, liberum hominem occiderint, in ducentos solidos; si tacitū nouerint, quanti & quācum & bonum judici videbitur; ceterarum verò rerum, quantum damnum sit, in duplo dominus condeuctor, l. Hie nim 40, cum 2, & seqq. D. De adiutori editi §, fin. In istis. Si quadrup. paup. & d. e. fin. in verb. quod tamen ad liberationem.

§. 7. De libero homine vulnerato aut aliter laeso.

In libero homine vulnerato aut aliter laeso, eo iure utimur; ut expensæ in curatione factæ & operæ amissæ, quasque amissurus est, præstent.

tur; deformatiatis verò nulla ratio habeatur, cùm liberum corpus non recipiat estimationem, l. Liber homo 13, iuncta l. Qua actione 7, D. Ad L. Aquil l, Ex hac 3, D. Siquidup paup feciss. l. fin. D. De his qui dejecerunt & c. l. Ext. De injur.

#### Notatio in Tit. 10.

a In muliere tamen, qua nuptura est, videtur habenda ratio deformatiatis, juxta ea, qua tradit Anton. Gomez Var. resol. tomo 3, cap. 6, nu. 12, & facit arg. deactum à virginē suprata, de qua supra ut. de adult. §. siuprum.

### DE VSURIS.

#### TITULUS XXI.

##### §. I. Usura est species rapina; & quando committatur.

**V**sura species rapinæ est, can Si quis usuram xiv, q. 4, committiturque, ubi lucrum sorti, id est principali pecunia, quæ debetur, accedit, sive lucrum in pecunia numerata, sive in aliare consistat, can. 1, cum 3, seqq. xiv, q. 3, sive expressè, sive tacitè, hoc est, solo animo lucrum conceperit, e. Confusio 10, Ext. De usur. appellaturque alio nomine fœnus, can. 2, xiv, q. 4, l. Qui sine usuris 38, D. De neg. gest. & tit. D. & C. De naut. fœnore, quasi fœtus pecunia, utpote quod in fœnore nummus nummum pariat, ut Arist. auctor est, lib. 1, Polit. c. 7, 2.

§. 2. Conventio de lucrandis fructibus pignoris usuraria est, exceptis tribus casibus singulibus.

Hinc conventio illa inter creditorem & debitorem usuraria est, ut tamdiu creditor lucretur fructus pignoris, donec debitum illi exsolutum sit, e. Conquestus 8, iuncto c. 1, & 2, Ext. Densuris & §. Vnde sup. de pignorib. præterquam si pignus à fœnero datum sit genero pro dore nondum à se numerata: qui interim, donec promissa dos solvatur, rectè percipit fructus pignoris, neque in fortē imputare cogitur; cùm frequenter doctis fructus non sufficiant ad onera matrimonii sup-portanda, e. Salubriter 16, Ext. hoc tis Idem est, & si feudum à vasallo in pignus datum sit ipsi domino, c. 1, Ext. De feudis, d. e. Conquestus 8, Ext. De usur aut à laico pignori obligata sit Clerico res beneficii sui, quam hoc modo redimendam puraverit Clericus, e. 1, in fine Ext. hoc tit. Nam & utro-

que hoc casu fructus licet percipiuntur, neque in extenuationem sortis cedunt, dictis jurib. Dum tamen interim vasculos, quo apud dominum est feudum, immunitis sit ab onere praestandi servitii feudalib. d. e. 1, de feudis Hostres casus latè explicò in tract. de Usuris c. 6.

##### §. 3. Usura in contractu emptionis; in quo dubius tamen eventus usuram excusat.

Et quamvis usura propriè circa contractum mutui versetur; nonnumquam tamen & in aliis contractibus admittitur: veluti si in fraudem usurarum empio & venditio coorrahatur, uti in c. Ad nostram 5, Ext. de empt. & vend. & in cap. illo 4, Ext. de pignorib. l. 3, Cod. Plus valere quod ag. Aut si res pluris vendatur propter dilatam solutionem, cap. In civitate 6, cap. Confusio 10, cap. fin. Ext. De usur. licet ab usura excusator venditor, si verisimiliter dubitetur auctum vel diminutum iriprecium rei venditæ tempore solutionis; neque contractus tempore erat rem vendituros, d. cap. In civitate & d. cap. fin. & ibilatius d. facit l. Si ealege 17, Cod. de usur. Nam & hujus dubii eventus causâ nullam usuram incurritis, qui decem solidos dat, ut alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensuræ reddantur.

##### §. 4. De poenit. usurariorum.

Usurarii, si laici sint, jubentur excommunicationis Clerici, suscepit ab officio & beneficio, cap. Præterea 7, Ext. de usur. imò & deponit ab officio

VIII. 3 cie